



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

I. Vt priuilegia ecclesiis seruentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

VALENTINIANI III. CÆSARIS
CONSTITV TIO

De diuersis ecclesiasticis capitibus in Galliam missa Theodosio Augusto x i. & Valentiniano Cæsare consulibus, anno Christi ccccxxv.

- | | |
|---|--|
| I. <i>Vt priuilegia ecclesis seruentur.</i>
II. <i>Clerici ad sœculares iudices non trahantur.</i>
III. <i>Vt pellantur episcopi Pelagiani.</i> | IV. <i>Manichei item, omnesque heretici, cum mathematicis.</i>
V. <i>Vt Iudeis causas agere, aut militare non liceat, nec mancipia Christiana habere.</i> |
|---|--|

*Imperator Theodosius Augustus, & Valentianus Cæsar,
Armatio viro illustri præfetto prætorio Galliarum.*

I.

Codicis
Theod. de
episcop.
ecclef. &
cler. lib. 47.

PRIVILEGIA ecclesiarum, vel clericorum omnium, quæ saeculo nostro Tyrannus inuiderat, prona deuotione reuocamus. scilicet vt quidquid a diuis principibus singuli quique antistites impetrarunt, iugi solidata æternitate seruetur: nec cuiusquam audeat titillare præsumptio, in quo nos nobis magis præstitum confitemur.

II.

Clericos etiam, quos indiscretim ad sœculares iudices debere deduci infaustus præsumptor edixerat, episcopali audientiæ reseruamus: his manentibus, quæ circa eos sanxit antiquitas. Fas enim non est, vt diuini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. Inlustris auctoritas tua omni æuo mansura, quæ iussimus in prouinciarum missa notitiam, præcipiet etiam sub poena sacrilegii custodiri; specialiter id inlustribus comprehensura præceptis, vt in omnibus circa ecclesiastica priuilegia veterum principum statuta seruentur.

III.

Diuersos vero episcopos nefarium Pelagiani & Cælestiani dogmatis errorem sequentes, per Patroclum sacro-sanctæ legis antistitem præcipimus conueniri. Quos quia confidimus emendari, nisi intra viginti dies ex conuentio-nis tempore, intra quos deliberandi tribuimus faculta-